



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 43. Continuata historia de fatis Gebhardi Truchsesii Coloniensis  
Archiepiscopi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

*Censura.* „Ostendit pertinaciam, &  
„auget suspicionem personæ, cujus sunt  
„hæ propositiones. „

Sæcul. XVI.  
A.C. 1582.

*IX. Propositio.* „Martyrum passio-  
„nes, & tormenta purgationes sunt  
„peccatorum, non coronæ. „

*Censura.* „Hæc propositio vel inepta  
„est prorsus, atque stolida, si coronæ  
„nomen præmium significat, vel plane  
„hæretica, si pro merito usurpetur,  
„quem sensum reddere videtur, pro-  
„pter primam, & secundam proposi-  
„tionem. „

Porro Salmanticensis Universitas  
easdem propositiones ferme eadem cen-  
sura, iisdemque vocibus, ac notis pro-  
scripsit, neutræ tamen censuræ dies,  
qua ferebatur, adscripta legitur.

§. XLIII.

*Continuata historia de fatis Gebhardi  
Truchſefii Coloniensis Archi-  
episcopi.*

**A**d initium hujus anni reparatæ Salu- *Thuan. l. 78:*  
tis millesimi quingentesimi octoge-  
simi tertii quarta Januarii die Grego-  
rius XIII. summus Pontifex Pii IV. ci-  
neres ex Divi Petri Basilica ad Eccle-  
siam sanctæ Mariæ ab Angelis transferri  
curabat, quæ tamen translatio absque  
ulla pompa duntaxat per duodecim  
**Sacerdotes** tum peragebatur; primum

F 5                   enim

**Sæcul XVI.** enim die decima quarta ejusdem Mensis solemne celebrabatur Officium, cui sexdecim Cardinales intererant. Idem quoque Pontifex paterna sua sollicitudine, ac charitate obviabat tumultibus Romæ ob annonæ caritatem exortis; porro ad illam occasionem præbebat Ministerum avaritia, aut socordia: sub idem etiam tempus Papa redintegrato studio caussam discutiebat Coloniensis Archiepiscopi, qui semper pertinaciter suæ apostasias insistebat: euidem Johannes Bavarus Bipontinus Dux Coloniam venerat cum Senatu, & Capituli Canonis de pacis ineundæ conditionibus acturus, ad quas hi etiam die secunda Januarii hoc anno respondebant, cum autem Dux suas sollicitationes in irritum cadere animadverteret, Colonia discedens Bonnam ad ipsum Archiepiscopum contendit: interea vero Fridericus Saxo Coloniensis Canonicus, cum comperiret, quod Gebhardus Truchsessius octingentos avenæ modios, pannosque lineos, necnon petasones, & quicquid in Westphaliæ castellis annonæ erat, in actuarium navigium imponi, & Bonnam subvehi præcepisset, illud insidiis dispositis interceptit, & omnem prædam in Zontinam arcem comportari jussit: inde vero hic Apostata gravi penuria premi cæperat,

quem

quem tamen quidam Colonenses No-Sæcul. XVI.  
biles ejus partibus addicti sola- A.C.1583.  
bantur, eique animum reddere nisi,  
ut illum ad novum facinus incitarent,  
libellum porrigeant, quo religionis  
libertatem juxta Augustanæ confessio-  
nis normam petebant, unde capta occa-  
sione Gebhardus, qui ejusdem erat  
sententiæ, decima sexta Januarii scripto  
publicato, & typis mandato declara-  
bat, quod non solum tanquam Imperii  
Elector de civili administratione, sed  
etiam utpote Archiepiscopus de gloria  
Dei promovenda sollicitus esset, sup-  
plicibusque libellis suorum subditorum  
Religionis libertatem juxta imperii le-  
ges depositum acquiescere decre-  
visset: proinde a se Præfectis, ac Magi-  
stratibus cunctis suæ ditionis enixe in-  
hiberi dicebat, ne cui Religionis cauf-  
fa molestiam faceant.

### §. XLIV.

#### *Gebhardus suo Archiepiscopatu in quodam Conventu dejectus.*

Verum Capitulum nova hac temeri- Thuau. l.c.  
tate magis exacerbatum ad diem Spond. n.5.  
vigesimal octavam Januarii comitia Ifelt. l.c.  
solemni ritu indixit, ut hæc mala ad-  
huc in suis incunabulis opportuno re-  
medio extinqueret: igitur conventus a-  
gitur in Fratrum Prædicatorum mona-  
sterio,